

tiplicatione oriuntur, in classes dividi solent. Potentia e. g. orta multiplicatione trium factorum, vocatur potentia gradus tertii, in genere autem potentia gradus N^{ti} dicitur, quae multiplicatione N . factorum orta est.

Numerus quilibet respectu potentiarum, quae eum in se aliquoties ducendo oriuntur, non convenienti nomine *Potentia Prima* appellatur, rectius *Potentiae Radix* dicitur.

E dato numero Radicem Gradus Q^{ti} Extrahere, est: Numerum datum multiplicatione Q factorum eorundem ortum concipere, atque illorum factorum unum, i. e. potentiam primam sive radicem (illius potentiae gradus Q^{ti}) determinare.

Radix Gradus Primi e numero A , vocatur numerus A ipsemet.

§. 4. *Coroll.*

Hinc itaque non nisi numeri ad potentias elevari, et non nisi e numeris radices extrahi possunt.

§. 5. *Coroll.*

Potentia quaevis, cujus radix est unitas, atque etiam radix gradus cujuslibet, extracta ex unitate, est unitas.

§. 6.